
XIIIth century

Epistola .iii. pro defunctis. ad thessal.

Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. Post exhortationem de continentia et post correctionem a curiositate, mortuos resurrecturos confirmat et per Christi resurrectionem et sua auctoritate. Quasi. Non solum hec predicta volumus vos scire, sed etiam nolumus vos ignorare, id est de dormientibus, id est mortuis, quia resurrecturi sunt. [hai] Unde et recte mortuos appellat dormientes, quia quasi dormientes integri et cito de somnio mortis surgent. Ut non contristemini inconsolabiliter de morte amicorum, sicut et ceteri qui spem non habent, id est infideles resurrectionis et incorruptionis eterne. [au d'ub apti.] Admonet nos apostolus ut de mortuis karissimis nostris non contristemur sicut et ceteri qui spem non habent. [au d'ub apti] Non ait tantum ut non contristemini, sed addidit sicut et ceteri qui spem non habent, scilicet resurrectionis. Necesse est enim ut contristeris. Sed non contristaris, consolatur te spes. Nam ideo et dormientes eos appellat scripture consuetudo veracissima, ut cum dormientes audimus, evigilaturos minime desperemus. Est ergo de mortuis eis quos diligunt quedam tristitia, quodammodo naturalis. Mortem quippe horret natura. Nec mors homini accideret, nisi ex culpa precedenti. Hinc ergo necesse est ut tristes simus, quando nos deserunt morientes quos amamus, quia et si novimus eos non in eternum relinquere nos hic mansuros, sed aliquantulum precedere secuturos, tamen mors ipsa quam natura refugit, cum occupat dilectum, contristat in nobis ipsius dilectionis affectum. [au in eodem] Contristamur ergo in nostrorum mortibus necessitate amittendi, sed cum spe recipiendi. Inde angimur, hinc consolamur. Inde infirmitas afficit, hinc fides reficit. Inde dolet humana conditio, hinc sanat divina promissio. Movere autem quemvis potest quomodo dominus flebat mortuum continuo eo iubente victurum. Non mortuum flebat quem ipse suscitavit, sed mortem quam homo peccando contraxit. Si enim peccatum non precessisset, sine dubio mors secuta non fuisset. Secuta est ergo etiam mors corporis quam precessit mors anime. Mors anime precessit deserendo deum, et mors corporis secuta est deserente anima. Hec deseruit deum volens, hec coacta est deserere corpus nolens. Ac si illi diceretur: Recessisti ab eo quem diligere debuisti, recede ab eo quod dilexisti. Quis enim vult mori? Prorsus nemo. Et ita nemo, ut Petro diceretur: Alter te cinget et ducet quo tu non vis. Si nulla esset mortis amaritudo, nulla esset martyrum fortitudo. Ideo non ait tantum ut non contristemini, sed addidit sicut et ceteri qui spem non habent.

[de popis exequiarum] Proinde pompa funeris, agmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepulture, monumentorum opulenta constructio, vivorum sunt qualiacumque solatia, non adiutoria mortuorum. [au in eodem] Orationibus vero sancte ecclesie et sacrificio salutari et elemosinis que pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuvari, [de adiumento mortuorum] ut cum eis misericordius agatur a domino quam eorum peccata meruerunt. Hoc enim a patribus traditum universa observat ecclesia, [quod prosit et quibus prosit defunctis] ut pro eis qui in communione dominici corporis et sanguinis defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oretur, ac pro illis quoque id offerri commemoretur. Cum vero eorum commendandorum causa misericordie opera celebrantur, quis eis dubitet suffragari, pro quibus orationes deo non inaniter erogantur? Non est ambigendum ista prodesse defunctis, sed talibus qui ita vixerunt ante mortem ut possint hec eis utilia esse post mortem. Nam qui non fide operante per dilectionem eiusque sacramentis de corporibus exierunt, frustra illis a suis huiusmodi pietatis impenduntur officia, cuius dum hic essent pignore caruerunt, non misericordiam sed thesaurizantes iram. Non ergo mortuis nova merita comparantur, cum pro eis aliquid boni operantur sui, sed eorum precedentibus consequentia ista redduntur. Non enim actum est nisi cum hic viverent, ut eos adiuvarent aliquid hec, cum hic vivere desisterent. Et ideo vitam finiens quisque, nisi quod meruerit in ipsa, non poterit habere post ipsam. Permittantur itaque pia corda carorum de suorum mortibus contristari dolore sanabili et



consolabiles lacrimas fundant condicione mor
tali: quas tam cito reprimat fidei gaudium.
qua credunt fideles quando moriuntur aliquan
tulum a nobis abire. et ad meliora transire.
Sit pro uiuis cura sepeliendi. et sepulchra con
struendi: quia hec in scripturis sanctis inter bona
opera deputata sunt. Nec solum in corporib; patriar
charum. et aliorum sanctorum: s; etiam in ipsius domini cor
pore laudati sunt. qui ista fecerunt. Imple
ant ergo hec homines erga suos officia postre
mi muneris. et sui humani leuamenta meroris:
uerum illa que adiuuant spiritus defunctorum.
scilicet oblationes. erogationes. multo eis
obseruantius abundantiusque impendant.

Poterat autem deus hoc donare credentibus:
ut nec isti experirentur corporis mortem. Sed si hoc
fecisset. carni quedam felicitas adderetur:
minueretur autem fortitudo fidei. Sic enim ho
mines mortem istam timent. ut non ob aliud
felices dicerent esse christianos. nisi quod mori omnino
non possent: ac per hoc nemo propter uitam futu
ram ad christi gratiam festinaret. s; propter remo
uendam mortis molestiam: et sic delicate
quodammodo crederetur in christum. Plus ergo gratie pre
stitit fidelibus suis. Quid enim magnum esset.
uidendo non mori eos qui crederent. credere
se non moriturum: Quanto maius est quanto
fortius quanto laudabilius ita credere: ut
se speret moriturus. sine fine uicturum:
Unde et cari eius superstites consolari querunt.
in tristitia mortis amici. Quid enim miraris si
contristaris: non corpus quod uiuit exanimatum. fit
exanime: Discedente anima qui ambulabat
iacet qui loquebatur tacet: oculi clausi.
lucem non capiunt. aures nulla uoce
patescunt: omnia membrorum officia conque
uerunt. Non est qui moueat gressus ad
ambulandum. manus ad operandum: sensus
ad percipiendum. Nonne ista est domus: quam
nescio quis inuisibilis habitator ornabat:
Discessit qui non uidetur: remansit quod cum
dolore uideatur. Ista est causa tristitie. Sed
huius tristitie sit consolatio. quod sequitur.

Si enim credimus. quod ihesus mortuus est et resurrexit:
ita et deus eos qui dormierunt per ihesum. addu
cet cum eo. Quasi. Non inconsolabiliter debetis
contristari: enim id est quia credimus. quod ihesus mortu
us est. Hoc uidetur ob esse resurrectioni. Sed
attende quod sequitur. Et resurrexit. Et si hoc
est: debemus credere. quod sicut christus mortuus est
et resurrexit. ita eos et deus qui dormierunt
morte per ihesum. id est in fide ihesu. Sunt per ihesum sep
euntes: id est qui eum sequendo. uenerunt
ad somnum mortis. Quasi. Non solum illos qui
uiui inuenientur. s; etiam mortuos. de quib;
dubitatis: non solum suscitabit. s; etiam
adducet. Et si incinerati sunt: tamen adducet.
ut sint cum eo inmortales: et in eadem beatitu
dine. Mirum tamen uerum ait apostolus. Christum enim qui iam
uiuit et resurgens a mortuis iam non moritur
dicit mortuum: et electos mortuos dicit
dormientes. Christum ergo appellat mortuum.
ut dum audimus illum mortuum fuisse et resur
rexisse: nos quoque speremus resurrecturos. per
uirtutem diuinitatis eius. Electos autem ideo
dicit dormientes: quia nemo tam facile potest
socium excitabunt a somno mortis. Hoc
enim uobis dicimus in uerbo domini: quia nos qui
uiuimus qui residui sumus. in aduentu
domini non preueniemus eos qui dormierunt.
Quoniam ipse dominus in iussu. et in uoce archangeli.
et in tuba dei descendet de celo: et mortui
qui in christo sunt. resurgent primi. Dein
de nos qui uiuimus. qui relinquimur. simul
rapiemur cum illis in nubib; obuiam christo
in aera: et sic. semper cum domino erimus.
Hoc enim. et cetera. Quasi. Et uere adducet.
Nam hoc ordine: quod uiui reperti non preuenient
eos mortuos: et si illos magis putatis
cum ihesu adducendos. Et hoc est quod ait. Hoc
enim dicimus uobis in uerbo domini. quia hoc deus nos
docuit: quia nos qui uiuimus qui residui
sumus. in aduentu domini non preueniemus resur
gendo eos qui dormierunt longo tempore:
id est illi de nobis qui uiui inuenientur.
et qui omnib; precedentib; sanctis ut tonitruis

excitare a somno. quam facile homines

ag' i lib' .ii. de baptismo paruulorum

ag'

ag' i ser. d' ub' ap'

hai

excitare a somno quam facile homines